



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. x. Qui sint magi/ & vnde dica[n]tur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratíci de Curialhū nugis.

De cōse. di. ij. p dilectione.

Hystriones et mimi non pñt recipere sacra cōmunionē.

xxvj. q. vi. per totum.

Deutero. iij. quo ad mentē sed nō ad lřaz

facit. l. multi. C. de mathe.

Diuinationis quattuor spēs

Sacre quidē cōmunionis gratiā hystrionib⁹ & mimis dū in malicia perseuerant: ex auctoritate patrū non ambigis esse preclusam. ¶ Vnde quid fautorib⁹ eorum immineat colligis: si facientes & cōsentientes pari pena recolis esse plectendos. Qui donant inquit hystrionibus quare donāt⁹? Hoc utiq⁹ in illis fouent in quo nequissimi sunt. Nempe qui nequiciā fouet: est ne bon⁹? Cum vero oīum istorum sit odibilis: illoꝝ tamen qui min⁹ nocent malicia tolerabilior est.

¶ Vnde dicat⁹ prestigiū & quis fuerit auctor ei⁹. Caplm. IX.

Eos autē qui nocētiora prestigia/artesq⁹ magicas & varias species mathematice reprobate exercent: iā pridem sancti patres ab aula iusserūt exire/ eo q̄ omnia hec artificia vlt⁹ potius maleficia ex pestifera quadam familiaritate demonum & hominū nouerūt profluxisse: verūq⁹ persepe pferūtur sola intentione fallēdi: a quibus animam fidēlem dominus arcēs ait. Si dixerint vobis: & ita euenerit ne credatis eis. Prestigium vero mercurius dicitur inuenisse quod ex eo sic dicitur: q̄ aciē prestringat oculorum. Fuitq⁹ magorū peritissimus vt quascūq⁹ res vellet inuisibiles faceret: aut vt videbat⁹ in alias species trāformaret. Omnia siquidem matheſis dum penultimam extēdis/figmenta ad magicā referūtur cuius plurime species sunt & diuerse.

¶ Qui sint magi & vnde dicātur. Caplm. X.

Et quidem magi sunt: & ob magnitudinē maleficiorum sic appellātur qui domino permittēte elementa cōcutiunt: rebus adimūt species suas: ventura plerūq⁹ prenunciant: turbāt mētes hominum: immittunt sōnia: hominesq⁹ violentia carminis dūtaxat occidunt: quod & lucanum nostrum nō latuit: ait enim. Mēs hausti nulla sanie polluta veneni icantata perit. Et ne tibi parua videatur auctoritas nosti q̄ iannes & mābres magi pharaonis/egypt⁹ eteni huius modi superstitionū & maleficior⁹ mater est: nosti iq⁹ eos nō modo moyſi restitisse: sed cū eo signis et miraculis contendisse licet postmodū vlt⁹ iuui coacti sint digitū dei in signis moyſi cōfiteri.

¶ De speciebus magice. Caplm. XI.

Varro autē curiosissim⁹ iter philosophos: quattuor species diuinationis ab elemētis mutuāt⁹ est: piromātiā scilz & aerimātiā. ydromanciā: et geomātiā: multaq⁹ species videbis ex his capitib⁹ pullulare: siue arte: siue sirore diuinationo peragat⁹: quare noīa exēpli causa: vlt⁹ pau